Quelle:
Copyright:

Cod. CXXVI

Carthac: Fol: Sec: 15.

A

f. 8

Joann: Andreae Summa Confessionum. 2a-30b

Joannis Andreae Summa Confessionum. Praefatio rubrica sonat: "Incipit Suma confessionum notata circa Rubricam Decretalium de penitentiis et remissionibus sub compendio." Praefatio incipit: "Misericors et miserator Dominus cujus misericordie non est numerus;" in quamplurimis alia occurrunt sequentia: "Et ideo ne imperitia Sacerdotum simplicium eis (a) potissime sit nociva, necessario informandi sunt Sacerdotes, que penitentie et remissiones imponende sunt penitentibus in judicio animarum. De quibus compendiose in sequenti suma tractabimus que notata est circa Rubricam Decretalium de penitentiis et remissionibus." Inde enim patet, praesentem summam compendium esse eorum, quae furius dixit de poenitentia in Comentariis in V libb. Decretalium. Factum autem esse genuinum Joann: Andreae patebit ex iis, quae dicturus numero sequenti.

(a) poenitentibus.

Joannis Andreae Jctus Bononiensis ob egregiam in jure peritiam Jure Canonico dictus, peste obiit Bononiae aō 1348. De eo Trithemius Cap: 574. Warthon ad Cave, tum pag: 23.